UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Temperantia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...lla ratio. ἀλίθεϱε ὐδεὶς λόγος. *idem.*
...*, quum imminet nobis fatale exitium, Deum adi-*
...*m ac rationem.*
...ps fueris ad iurandum.
...*proverbii ſpeciem, ſi quis hominem poſt acceptum ma-*
...*eat.*
...quiſque nouit artem in hac ſe exerceat. *Cic.*

Horatius.

Nauem agere ignarus nauis timet, abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Ein jeglſcher
... ſchaffen.
...me doce. δειπνεῖν μὲ δίδασκε. *Ariſtophanes.*
...*ter vſurpatur, ſi quando docere, præire aut etiam re-*
...*tur aliquem imperitus negotii, de quo diſcrepatur.*
...ſcipiendum negotium temere.
...*tentem, & cum quo non ſit ſuſcipienda ſimultas, aut lis,*
...*aliquo præſidio fulciaris, quadrabit illud Homeri.*
...*ἀντις μὲν ἐρυκακοι ἀντιβολήσας.*
...*φι θεῶν.*
...c certaturus non inerit obuius vllus.
Abſque Deis.
...manibus, ἀνίπτοις χερσὶν. *Diogen.*
...*quod eſt, irreuerenter atq; imparate.* Mit vngewaſche-
...den.
...pedibus ingredi. ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν. *Lucianus.*
...*illotis pedibus ingredi, eſt confidenter atq; imperite rem*
...*aggredi, tanquam prophane & irreuerenter.* Er fält mit
...ſſen darein.
...batæ.
...*enter in eos, qui temere nulloq; iudicio inſectantur quippi-*
...*repugnant alicui.*
...atem gerit ſine populi ſuffragio.
...*quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in ædibus alienis.*
...viel zuſchaffen / vnd iſt jhm wenig befohlen. Item / Er hat
...ſchaffen / aber wenig außzurichten. Item / Er hat viel zu re-
...in anderer Leut Häuſer.
...ia confidentiam parit: prudentia vero cunctationem.
...*nymus ad Euagrium ita refert: Imperitia confidentiam, e-*
...*timorem creat. Plinius: Recta ingenia debilitat verecun-*
...*verſa confirmat audacia.*
...ulo ad Synagogam. *Tertull.*
...*dici ſolitum, vbi quis demittit ſeſe à ſumma tranquil-*
...*ſummos tumultus: aut vbi quis ſtatim aggreditur nego-*

...calceatus in montes.

Theocritus ἐν νομεῦσι.

Εἰς ὄρος ὅκχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε,
Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.
Batte: caue pedibus nudis perrepere mortem:
Quippe rubis, tribuliſq; viret mons vndiq; denſus.

...*ſuſcipit aliquod vitæ genus, armet ſeſe aduerſus occurſura*
...*moda, ne pœniteat ſuſcepti.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

...pud *Romanos* ignominiæ cauſa militibus audacioribus, qui nec
...nec conſilii ſatis haberent, vena ſoluebatur: quæ non tam
..., quam medicina fuit: vt ſuperflua ſanguinis parte de fluxa, ſe
...intra gyrum rationis continerent. *Alexand. ab Alex. l. 2. c. 13.*
...*rvilius Cæpio* Conſul cum Cn. Manlio, qui quum contra Cim-
...in Italiam irruentes, temerarie pugnans, de exercitu xxc. M.
...num amiſiſſet: ex iuſſu populi Romani, bona eius publicata,
...mperium primo poſt Tarquinium abrogatum: ipſe in publicis
...is extinctus: inde tractus & diſcerptus eſt ad ſcalas Gemonias,
...*lib. 67.*
...*crates* frugalem & rebus ſuis contentum animi habitum ſimi-
...eſſe dicebat viæ breui & amœnæ, multum enim gratiæ & pa-
...laboris habet. *Laert.*
...*dem* quærenti, quis ditiſſimus eſſet? pauciſſimis contentus, re-
...dit. Virtus enim ſuis rebus contenta naturæ opulentia eſt.
...*ens.*
Crates cum in forum incidiſſet, alios ementes, vendentes alios
...templatus: illi, inquit, quod rem inter ſe contrariam agunt, ſe
...os iudicant: at ego me, quod vtriuſque, tum emendi, tum ven-
...diſum immunis. *Stob. & Laert.*
...*abinorum* iudicium non ſolum ſtultum, ſed ſibi ipſis pernicio-
...fuit, qui Sextum Tarquinium temere credendo ex hoſte hoſpi-
...fecere, ex hoſpite ducem, quo non tantum victi, ſed libertate
...fortunis omnibus exuti fuere.
...*ithridatis* ingens ea temeritas fuit, qua imperium Aſiæ ani-
...concipiens, vt diligentius ſitum inſpiceret, ipſe ſolus eam pera-
...uit, periculoque ſe obiecit, vt illuc ſeruus deduceretur, vbi im-
...ium quærebat. Cui periculo etiam domeſtica mala acceſſerunt:
...odice enim ſoror ac coniux, cum mortuum eum eſſe arbitrare-
..., multis per adulterium iſe commiſcuit, ipſiuſq; reditum verita,
...eram dedit vt rediens interimeretur. Q. Sertorius cum aduer-
ſus Cimbros vna cum Mario pugnaret, mutata veſte in hoſtium ca-
ſtra penetrauit, vt illic hoſtium conſilia, atque ordines exploraret:
quippe nimis magno periculo inter feras gentes id agere aggreſſus
eſt, quod per alios vilioris fortunæ homines minore Reip. periculo
aſſequi potuiſſet.

¶ HIEROGLYPHICA.

Temerariorum hieroglyphica tabella is eſt, qui equum ferociſ-
ſimum conſcendit. Raptans illum fert equus, nec deſcendere pati-
tur. Huic quidam obuius & quærens qui tam feſtinanter abit, re-
ſpondet miſer, equum digito demonſtrans, verbaque in auras eua-
neſcentia ſpargens, quo iſti placet. Temerarios etiam ſi quis inter-
roget, Quo fertmini? reſpondebunt ſi vera fatentur, Quo noſtris
placet cupiditatibu, nempe voluptati, ambitioni, auaritiæ. *In Hie-
roglyphic. collectan. lib. 6.*

Non te quæſiueris extra, inquit *Perſius Sat. 1.* Hieroglyphicon
illud à Cochlea teſtæ ſuæ incluſa petitur, & temerariis principibus
atque rebus publicis (aliorum potentiorum principum reſpectu)
non multum valentibus, ac quibus quies tota damnoſaq; & exitioſa
temeritas eſt, apprime conueniens. Monet autem eos Satyricus, ne
immature prodeant cum certo vitæ ſuæ periculo. Audiat ergo turba
imbellis monitum, Cochleæ aptatum. *Non tibi tela nocent latitan-
ti, erumpere at auſam configunt, &c. ibid.*

Icarus, Ixion, & Phaeton, à poetis decantati temeritatis infelices
exitus proponunt.

¶ EXEMPLA ALCIATA.

In Temerarios.

Dum dormit, dulci recreat dum corpora ſomno,
Sub picea, & clauam cæteraq; arma tenet.
Alciden Pygmæa manus proſternere letho
Poſſe putat, vices non bene docta ſuas.
Excitus ipſe, velut pulices, ſic proterit hoſtem
Et ſæui implicitum pelle leonis agit.

Aliud:

In præceps rapitur, fruſtra quoq; tendit habenas.
Auriga, effrenis quem vehit oris equus.
Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
Et temere proprio ducitur arbitrio.

Aliud.

Aſpicis aurigam currus Phaetonta paterni
Ignriuomos auſum flectere Solis equos:
Maxima qui poſtquam terris incendia ſparſit,
Eſt temere inceſſo lapſus ab axe miſer,
Sic plerîq; rotis fortunæ ad ſidera Reges
Euecti, ambitio quos iuuenilis agit,
Poſt magnam humani generis cladem q; ſuamq;
Cunctorum pœnas deniq; dant ſcelerum.

¶ FABVLA.

Tigris.

Venator incolis & ſagittis feras perſequebatur, quibus fugitan-
tibus, tigris ſe bellum ſolam ſuſtentaturam eſſe profitetur: in huius
de latebris ſuis, femur, ſagittam venator conicit. Tum illa grauiter
ingemiſcere, & circumſpicere, ac quærere authorem vulneris. Cui
obuiam facta vulpecula: Quis te læſit? ô fortiſſima (inquit) ferarum,
Neſcio, inquit illa, ſed ſentio viri robuſti adhibitam manum fuiſſe.

Refutat fabula temeritatem audacium. Qui autem viribus præ-
ſtant, plærumq; incautiores eſſe conſueuere. Docemur igitur hoc,
vt intelligamus, victoriam non tam virium eſſe quam prudentiæ.

Vide Audacia, Fortitudo.

Temperantia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

TEmperantia, Græce σωφροσύνη ἡ, & σώφρων, ονος, ὁ, ἡ, temperatus
dicitur. Temperantia quorundam iudicio dicta eſt ab Heb. *Do-*
ber, i. modus rei, μετριότης, à verbo *Dabar*, loquutus eſt. Nam
vt in ſermone modus obſeruari debet, ita in ſingulis aliis vitæ par-
tibus, quæ ſine temperantia conſtare nequeunt. Et *Mezehg*, mixtu-
ra, ſi quis vinum generoſius aqua temperat, commode bibit: ita
temperantiam & eorum qui affectus moderantur vita longe meli-
or apparet, Et de homine iracundo ad mitiorem mentem reuerſo
dicere ſolemus, *Il a mis de l'eau en ſon vin.* Eſt autem temperantia,
rationis in libidinem, atque alios non rectos impetus, animi ſum-
ma & moderata dominatio. *ſecund. Cic. lib. Rhetor.*

Temperantiæ partes ſunt: Continentia, Clementia, & Modeſtia.
ſecundum eundem.

Temperantia eſt moderatio cupiditatum rationi obediens. *ſec.
eund. lib. 2. de fin. bonor. & mal.*

Temperantia eſt mediocritas circa voluptates corporis. *ſecund.
Ariſt. lib. 3. Ethic.*

Temperantia eſt affectio coercens & cohibens appetitum ab his
quæ turpiter appetuntur, *ſecund. Aug. de lib. arbitrio.*

Temperantia eſt virtus ſpecialis: ſi ſumatur antonomaſtice, vt
refrenat

refrenat à maximeallicientibus. Sed eſt virtus generalis communiter. *ſecund. B Thom. 2.2. q. 141. art. 129.*

Temperantia, *inquit Ariſt.* virtus eſt de concupiſcibili naſcens parte, ob quam animi turpibus non ſubiiciuntur voluptatibus.

Temperantiæ proprium eſt, corporis voluptates non ſuſpicere turpiſq; voluptatis vſus nequaquam cupidam eſſe, ac iuſtam etiam vereri licentiam, componiq; animo in paruis, vt in magnis, quæ ad vitam humanam pertinent, rebus. Ad temperantiam vero accedit animi compoſitio, munditia, verecundia, reuerentia.

Temperantia eſt ratio in libidinem atq; in alios non re[...] tus animi firma & moderata dominatio. Cuius extrema [...] temperantia & inſenſibilitas. Græce σωφροσύνη vocatur.

Temperantia eſt affectio coercens & cohibens appet[...] quæ turpiter appetuntur. *D. Aurelius Aug. de lib. arbitrio* [...] *moribus Eccleſiæ dicit*, munus temperantiæ eſſe in co[...] dandiſq; cupiditatibus, quæ nos à recto & bono auertunt. [...] cium eſt, contemnere omnes corporeas illecebras, laude[...] pularem.

¶ DIVISIO.

Temperantia Virtus. — *Ex B. Thom. 2.2.*

- *Specialis, vt refrenat à maxime allicientibus.*
  - *Materia.*
    - *Circa quam.* — *Obiectum, & eſt bonorum delectabilium in concupiſcentiis tactus,* [...] *modum rationis, vel legis diuinæ.*
    - *In qua* — *Subiectum, & eſt appetitus ſenſitiuus, vel concupiſcibilis &* [...]
  - *Partes. Primæ Secundæ quæ. 62. art. 4. q. 143.*
    - *Integrales.*
      - *Verecundia, per quam aliquis refugit turpitudinem temperantiæ* [...]
      - *Honeſtas, per quam aliquis amat pulchritudinem temperantiæ.*
    - *Subiectiuæ.*
      - *Abſtinentia a cibo.*
      - *Sobrietas à potu.*
      - *Caſtitas quantum ad delectationem principalem coitus.*
      - *Pudicitia quantum ad circumſtantes delectationes, vt in oſculis,* [...] *amplexibus.*
    - *Potentiales.*
      - *Continentia, quæ refrenat motum voluntatis, commotæ ex impetu* [...] *qua fit, vt licet homo immoderatas concupiſcentias patiatur, voluntas* [...] *vincatur.*
      - *Humilitas, quæ refrenat motum ſpei & audaciæ.*
      - *Manſuetudo ſiue Clementia, quæ refrenat motum iræ tendentis* [...]
      - *Modeſtia, quæ refrenat motus & actus corporales.*
      - *Bona ordinatio: ad quam pertinet diſcernere quid ſit faciendum,* [...] *tendum, & quid ordine ſit agendum, & hoc firmiter perſiſtere.*
      - *Ornatus quo homo obſeruat decentiam, in eo quod agit.*
      - *Auſteritas in colloquiis amicorum vel quibuſcunq; aliis.*
      - *Parcitas ſecundum Macrobium, vel per ſe ſufficientia ſecundum An*[...] *qua ſuperflua non requiruntur.*
      - *Moderatio ſecundum Macrobium, vel ſimplicitas ſecundum Andr*[...] *homo non nimis exquiſita requirit.*
  - *Actus duplex. q. 141. art. 4.*
    - *Principalis & proprius, qui eſt moderari concupiſcentias delectabilium* [...]
    - *Secundarius, qui eſt moderari alias concupiſcentias.*
- *Generalis dicitur, quia nomen temperantiæ ſignificat quandam temperiem, id eſt, moderationem, quam* [...] *manis operationibus & paſsionibus, quod eſt commune, & in omni virtute morali.*

Partes temperantiæ ſunt.

Manſuetudo, Liberalitas, Grauitas, Triſtitia, Seueritas, Verecundia, Vrbanitas, Amicitia, Beneuolentia, Concordia, Amor, Pax, Continentia, Clementia, Pudor, Caſtitas, Pudicitia, Honeſtas, Moderatio, Taciturnitas, Frugalitas, Parſimonia, Bonitas, Puritas ſiue Innocentia.

Manſuetudo eſt verborum ſuauitas, erga aliquos lenitatem mentis oſtendens, morumq; facilitas, obuiaq; voluntatis ſuæ in aliquem oſtenſio. Cuius extrema, *Irritatio immobilitas.*

Partes manſuetudinis ſex ſunt.

Comitas, eſt cum animi verborum ſuauitate, quadam vultus hilaritate, non grauate aliquid ſe agere aut acturos oſtendunt, aut pollicentur.

Benignitas, cum animi excitantur ad facile excipiendum, quæ ab aliis dicuntur. Hinc Plautinum illud: *Mihi ad argumentum hoc enarrandum eſt comitas ſi ad auſcultandum veſtra erit benignitas*: quum benigne alicui operam noſtram præſtamus planeq; iuuamus. Cuius contrarium *Malignitas.*

Facilitas, eſt animi quædam ingenuitas, qua ſeſe ſubmittunt acquieſcuntque alterius ſententiæ, nihil elatum de ſe ſignificantes. Cuius contrarium eſt *Peruicacia.*

Humanitas eſt qua animi, humana id natura poſtulante, erga omnes iuuandos aliqua in re commouentur, præſertim quos videant calamitoſos: Cuius contrarium, *Inhumanitas*, tum etiam inſolentia. Eſt tamen etiam videre vbi humanitas pro eruditione ſumatur: quod diſcere proprium ſit hominis.

Humilitas eſt, qua animi, vbi expedias, honeſtumque ſit, tum verbis, tum corporis geſtu prudenter ſe ſuaque ſubmittunt nihil de ſe aut arroganter fieri, aut dici volentes. Cuius contrarium, *Superbia.*

Tranquillitas eſt qua mites & ſedati ab omni perturbatione animi ſunt, ſumpta translatione à fluctibus. Cuius contrarium eſt *Atrocitas vel fluctuatio.*

Liberalitas virtus eſt, ingenue, vbi honeſtas exigit, impendens. Liberalitas, *inquit Ariſtot.* eſt delectum pecuniarum in rebus laudabilibus adhibere: impenſas, vbi decor poſtulet, inſumere: auxilium ferre, vbi res poſtulet. non auferre, vnde non decet. Eſt autem *inquit*, liberalis amictu mundus ſi non lautus, & domicilio ornatus, & præparatus circa ea, quæ honeſta, quæque viuendo ſuauitatem habeant, vnde etiam nulla expectetur vtilitas: qui alit animalia, vnde capiatur animus delectatione, aut aliqua naſcatur admiratio. Liberalitatem comitatur humilitas, benignitas, humanitas, & eſſe miſericordem, amicis iucundum, hoſpitalem, [...] honeſti amatorem: denique ad ſumptum faciendum [...] & quando neceſſe ſit, nihil grauare facient s ac libere [...] ius extrema, *Auaritia & Prodigalitas.* Partes autem, [...] de qua ſupra dictum, munificentia, hoſpitalitas, beneficentia, [...] nentia. Græcis appellatur ἐλευθεριότης. *Egregium librum de* [...] *litate ſcripſit Iouianus Pontanus ad Actium Sincerum.* V[...] autem in eroganda recte pecunia.

Partes Liberalitatis ſunt quatuor.

Munificentia eſt, qua animi, vbi & quando opus eſt [...] & quibus conuenit, erogant munera. Cuius extrema, *Lo*[...] *Tenacitas.*

Hoſpitalitas eſt, quum vltro & miti & humano induct[...] nullo noſtro allecti commodo hoſpites accipimus. Cuius e[...] *Hoſpitandi oſtentatio, & in hoſpites Odium*: quo vitio fer[...] quique in ciuitatibus & domibus flagrant, idque præcipue [...] ex ipſorum ſententia ceſſerit, qui hoſpitio admittuntur Gr[...] λοξενία vocatur.

Beneficentia eſt, qua mitis animus ad cuiuis benefaciendum [...] mouetur. Cuius extremum vel contrarium eſt *Maleficentia* [...] qui ei vitio alligatur, maleficus appellatur. Græcis vocatur [...] σία: dicta quod aliis benefaciendo proſit.

Abſtinentia eſt, qua inducuntur animi, vt ab alienis abſt[...] rebus. Cuius contrarium, *Rapacitas.* Vel, eſt ſecundum q[...] cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis [...] fluitatis. Græce ἐγκράτεια.

Grauitas eſt, per quam in loco, tempori, ac perſonæ animo [...] ſentaneus inter moroſitatem & delectationem verſatur, [...] iam corporis ac ſermonis habitum gerit cum dignitate. C[...] trema *Moroſitas & Abiectio*, vt Apuleius fingit placentiam [...] ipſius, triſtitia, & ſeueritas: vel, Grauitas eſt firmitas ac co[...] animi & in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quædam [...] tas, Græce σεμνότης nominata.

Partes grauitatis duæ.

Triſtitia eſt habitus ſiue totius corporis quidam (ſi ſic fu[...] qui) vultus, nec in ſecundis rebus gaudibundus, nec adueſis [...] cuſſus, in dolorem: nempe nullo tempore ſe immutans aut [...] lendo, aut ſubmittendo. Cuius contrarium *Laſciuia.*

Seueritas eſt mentis quædam iuſta duritia, & corporis facie [...] factis, tam in ſe, quam in alios, prout res poſtulare videtur, [...] delictum remittens, legibus nimium atrociter obtemperans [...]

…ſque vim victo nullis precibus animo complectens. Cu…rium, *Licentia*. Temperantiæ partes aliæ ſuis locis & ti…tinentur.

¶ BIBLICI LOCI.

…perantia in cibo, potu & concubitu, *Tob.6.15. Eccl.3.3.6. Ec*… & 31.7. *Dan.1.8.11. Rom.13.13.* & *14.17.1. Cor.7.4.5.* &*c. Gal.5.*… *Timoth. 3.2.2. Timoth.1.7.* & *2. 6. 12. 1. Petr.1.13.* & *5.8.2. Petr.*

…perantiæ nomen interdum ſtricte accipitur pro ſobrietate, … caſtitate interdum late pro complexu plurium virtutum …num, & in hunc modum definitur. Temperantia eſt vir… animi noſtri motum & affectionem in voluptatibus cor… appetendis fugiendisve regit & moderatur, ſic vt illis frua… diuinæ voluntati, naturæ & rectæ rationi, ordini item …rum, locorum & temporum conſentaneum eſt.

…a temperantiæ & ſic temperantis duo ſunt. 1. honeſtas &… voluptates corporis abſentes moderate expetere, & præſen… moderate frui. 2. illis voluptatibus ſic vti & frui, ne quid … eas committat, quod poſſit vel famam, vel valetudinem, … familiarem lædere.

… huic continenter ſtudendum, I. Quia mandata eſt à … Decalogo, *Exod.20.1. Petr.3.7.* omnibus quidem omnium … & ætatum hominibus: *1. Tim.3.2. Tit.1. 8.* & *2.1.2.5.6.* … *Tim.2.9.* II. Debita eſt pro redemptione noſtri per Chri… illuminatione per Euangelium, *Tim.2.11.12.* III. Vna cum … pietate requiritur ad exſpectationem plenæ redemptionis …ſtum tandem perficiendæ? *Tit.2.13.* IV. Præclaros effectus … ſiue corpus, ſiue animam hominis ſpectes. Conſeruat enim … hominis & pulchritudinem: in anima autem confirmat …ruat ingenium, iudicium ac memoriam, adhæc prudentiam …nus nomen σωφροσύνης accepit, & in primis reddit & con… hominem aptum ad cultum diuinum. Huic oppoſita eſt in…rantia, ſenſuum cupiditas, & hypocritica eorum temperan… Curios ſimulant & Bachanalia viuunt.

…tes Temperantiæ ſunt continentia, parſimonia, verecundia, … Continentia ſobrietatem complectitur, vigilantiam, pu…, caſtitatem. De quibus omnibus ſuis locis actum eſt.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

…us temperantiæ eſt in coercendis ſedandiſque cupiditati… quibus contrariamus in ea, quæ nos auertunt à legibus Dei, …ta bonitatis eius, cuius officium eſt contemnere omnes …tas illecebras laudemque popularem. *Auguſt. lib. de morib.* …

… temperatus in rebus huius vitæ habet regulam vtroque Te…mto confirmatam, vt eorum nihil deligat nihil per ſe appeten… putet. *ibid.*

… temperantia maxime honeſti cura, decoris conſideratio ſpe… & quæritur. *ibid.*

Qui acceptis rebus non extollitur, qui eas ad vſum vanæ gloriæ … torquet, qui ſolus poſſidet quod accepit, ſed hoc indigentibus …corditer diuidit, ſcit abundare. Qui acceptis alimentis non …gurgitationem ventris vtitur, ſed ad reparationem virtutis, … carni tribuit, quam neceſſitas petit, ſcit ſatiari. Qui autem …morum inopiam ſine murmuratione tolerat, nec pro neceſſi…tus agit aliquid, vnde anima laqueum peccati incurrat, ſcit …, quem vides diuitias, aut gloriam, aut mundanam potenti… conſidera labilitatem ipſorum, & illecebram effugies. *Ambr.* … *Greg. hom.1. in Ezech.*

… omni peccato vis eſſe ſuperior, res alienas ne curioſe inqui…: multa enim in te ſunt de quibus alium ſuſpectum habes. …ter agentes ride, infelicibus vero condole: alterum enim fe…tis merces eſt, alterum vero philoſophiæ eſt documentum. …dem.

… vera temperantia, niſi in Chriſti vita? ſoli temperantes di… ſunt, qui eius vitam imitari ſtudent. In caſſum quis laborat …quiſitione virtutum, ſi aliunde eas ſperandas putat quam à Do… virtutum, cuius doctrina ſeminarium prudentiæ, miſericor… opus iuſtitiæ, vita ſpeculum temperantiæ, mors fortitudinis in… *Bernard. ſup. Cant. ſerm 23.*

Non eſt temperantia in ſolis reſecandis ſuperfluis, eſt & in admit… neceſſariis. *Item*, Temperantiam non abſurde definit, qui … nec præcedere neceſſitatem, nec excedere dicat, iuxta illud …loſophi, ne quid nimis. *Idem de Conſid. l.1.*

Temperantia eſt modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc au… ſobrietatis & verecundiæ ſeu modeſtiæ comes eſt: humilitatis …am cuſtodit, ſeruat animi tranquillitatem, continentiam & …tatem diligit, decus fouet & honeſtatem, reſtringit ratione ap…tum, iram contemnit, nec rependit contumeliam. *Idem lib.* … *ordine vitæ.*

Temperantia eſt refrenatio cupiditatis aduerſus ea, quæ carnaliter delectant. Item, ea ſic nos ſolicitat dicens, videte ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, & curis huius mundi. *Idem hom. de villico iniq.*

De lætitia & triſtitia naſcitur temperantia, cuius eſt triſtitia cauſa, lætitia fructus. *Item*, Comitetur lætitiam triſtitia, quia moderate læta amplectitur, qui triſtia reminiſcetur. Temperet ergo lætitiam triſtitia, temperata lætitia nihil aliud eſt quam temperantia. *Id. in paruis Sermonib. ſerm.6.*

Nec velis delicate viuere, nec diteſcere, & gloriæ cupidus eſſe: iſta enim ſunt vitæ corruptio, nos vero non ſumus corruptibiles. *ibidem.*

Temperantia facit abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum & verecundum hæc virtus ſi in animo habitat, libidines frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia inter nos confuſa ordinat, cogitationes prauas remouet, ſcientiam inſerit, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, mentem placida tranquillitate componit, & totam ab omni ſemper tempeſtate vitiorum defendit. *Proſper. de vita contemplat.*

Satius eſt temere mittere lapidem, quam verbum, peſſima res eſt omnibus ſeruire cupiditatibus. Attendamus nobis ipſis, & alios non reprehendemus: multa enim in nobis ſunt, propter quæ alios carpimus. *Nilus in ſententiis.*

Cohibe oculum: cum enim non attenderis, circumuoluitur. Parce vtere lingua: ſæpe enim profert, quæ melius fuiſſet celari, ſolum quantum indiget impende delicate viuere ne eligas, amorem enim huius vitæ conciliat: inimicitia autem aduerſus Deum ex vtroq; naſcitur aduerſare in vita gaudium: ipſum enim lubricum eſt, præcipitat exultantes. *idem ibid.*

Diuitias ſi habes, diſtribue: ſi vero non habes, ne collige, neceſſarium exiſtima ſuis rebus contentum eſſe: permitte autem Deo eius rei curam. Iram compeſce: nimia enim inſaniam parit. Quando te voluptatis affectus inuaſerit, oppone ipſi metum hominum & Dei offenſam. Munito aures & oculos: per illa enim ingrediuntur omnia tela malitiæ. *ibid.*

Ita exerce corpus, vt motus carnis compeſcas: &, ſi æger fueris corpus cura, vt ſanitatem adipiſcatur, non vt delitiis eneruetur. Nihil tutum eſt quod modum excedit: modum autem ſeruare conuenit. Quando vides diuitias, aut gloriam, aut mundanam potentiam, conſidera labilitaem ipſarum, vt illecebras fugias. *ibid.*

Si omni peccato vis eſſe ſuperior, res alienas ne curioſe inquirito: multa enim in te ſunt de quibus alium ſuſpectum habes. Feliciter agentes ride, infelicibus autem condole, alterum enim felicitatis merces eſt, alterum vero philoſophiæ documentum. Diteſcere, nec gloriæ cupidus eſſe: iſta enim ſunt vitæ corruptio, nos vero non ſumus corruptibiles. *ibid.*

¶ POETARVM DICTA.

Pythagoras.

Κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε.
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα δ' ὕπνου, λαγνείης τε, καὶ θυμοῦ.
Imperare aſſueſce te his:
Ventri quidem primum, & ſomno libidiniq; & iræ.

Plautus in Pœnulo.

Hoc vnum tamen cogito,
Modus omnibus in rebus optimus eſt habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.

Seneca.

Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt poteſt.

Claudianus

Semper inops quicunq; cupit, contentus honeſto.
Fabricius paruo ſpernebat munera regum.

Horatius.

Pauperies immunda domus procul abſit, ego vtrum
Naue ferar magna an parua ferar vnus & idem.

Lucretius.

Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiæ grandes homini ſunt viuere parce,
Æquo animo, neq; enim eſt vſquam penuria parui.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum dirigit, nec vnquam ad illas propter ipſas venit. Scit optimum eſſe, modum cupidorum, non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere. *Senec. in Epiſt.*

Temperantia eſt enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem vt ſequamur, monet. Nec enim ſatis eſt iudicare, quid faciendum non faciendumve ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo, quod ſit iudicatum. Plerique autem quod tenere, atque ſeruare id, quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi & debilitati, obiecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, nec quid prouenturum ſit, prouident, ob eamque cauſam propter voluptatem, & paruam, & non neceſſariam, & quæ vel aliter pararetur,

[c]aretur, & qua etiam carere poſſent ſine dolore, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt. Sæpe etiam legum, iudiciorumque pœnis obligantur. Qui autem ita frui volunt voluptatibus, vt nullos propter eas dolores conſequantur, & qui ſuum iudicium retinent, vt voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum: hi voluptatem maximam adipiſcantur prætermittenda voluptate: Iidem etiam dolorem ſæpe perpetiuntur, ne, ſi id non faciant, incidant in maiorem. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe, temperantiamque expetendam, non quia voluptates fugiat, ſed quia maiores conſequatur. *Cic. l. 1. de Finib. bonor & mal.*

Temperantia conſtat ex prætermittendis voluptatibus corporis. *Idem l. 3. de Nat. deor.*

Satius eſt ſecuram vitam degere ſtramentis incubantem quam perturbationibus agitari, aureum habentem cubile.

Gratia eſt habenda naturæ beatæ, quod ea quæ neceſſaria ſunt, parabilia fecerit: quæ autem non facile parantur, minime neceſſaria. *Pythagoras.*

Septem ſapientum Apophthegmata.

Modus optimus omnium,

Genitorem oportet reuereri.

Libenter audire quidem oportet, non quæuis tamen temere.

Linguam bene ominantem non maledicam, habere conuenit.

Virtutis eſt proprium, iniuſtitiam odiſſe, pietatem cuſtodire, ciuibus optima conſulere.

Cum vxore neque lites, neque blanditias, præſentibus aliis exercere conuenit. Famulos ebrios ne caſtigaueris: ſi minus, ebrius ipſe videberis.

Vxorem duc ex æqualibus: Si enim ex ſuperiori familia duxeris, non affines tibi, ſed dominos comparabis.

In diuite fortuna ne ſuperbias: Pauper, non animo deiiciaris.

Ne quid nimis.

Voluptatem fuge, parit enim triſtitiam.

Sermonem obſigna ſilentio: ſilentium autem occaſione.

Amicos non cito comparabis: quos autem comparaueris; non ſtatim reiicies.

Parere cum didiceris, imperare ſcies.

Deum Conſule. Amicos cole. Quod noueris, non ſtatim dic. Sciens tace. In tuos manſuetus ſis.

Noſce teipſum. Inter procula non multum loquere: delinques enim.

Ad amicorum conuiuia tardus accede: ad calamitates autem cito.

Nuptias frugaliter celebra. Bene ominare de homine mortuo.

Natu maiorem reuerere. Curioſum in alienis oderis.

Iactura turpi lucro præferenda. Calamitoſum ne irriſeris.

Domum tuam guberna. Fac ne tibi lingua mentem præcurrat.

Iracundiæ moderare. Impoſſibile ne deſideres. In via non acceleres pergendo, neque manum moueas: inſanientis enim indicium eſt. *Cleobulus.*

Menſam ſumptuoſam quidem fortuna, frugalem autem temperantia apponit.

Temperantia quæ iucunda ſunt auget, & voluptatem maiorem efficit.

Patris temperantia maximum eſt liberis præceptum. *Democritus.*

Si quem efficere diuitem velis nihil pecuniarum adde, ſed de cupiditate detrahe. *Epicurus.*

